



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De his qui se insolenter iactant. cap. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

*Animum vel temporis longinquitate confectus, vel morbo exhaustus.
Si hac parte, quæ in aspectum cadit, deformis es, fac ea pulcher sis, quæ ab oculorum
sensu remota est: non secus videlicet ac rosa in folliculo suo floridæ est.*

De his qui se insolenter iactant. CAP. LXXV.

MELIOR est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pa- ^{Pro. 12.}
ne. Sunt qui diuitias suas iactent, cum nihil habeant. Ne sis pau-
per ex ære alieno comestationi vacans, cum nihil in crumena tibi sit.
Alioqui enim infidiator eris vitæ tuæ.

B Ob diuitias insolenter se efferre, aut generis splendore gloriari, aut alijs rebus, quibus ^{Basil.}
humani honores cumulantur, hæc inquam omnia humana vitæ atque gloriæ eversio ac
probrum sunt.

C Quenam hæc venustas & gratia est, si simiam habeas sub humana forma sedam &
obscenam, quæ collum aureis funibus undique cinctum gerat? Neque enim huiusmodi or-
namentum ridiculam ac stolidam figuram immutauit. Quenam rursus asino gratia est,
multa auri pondera gestare? ^{Asinus} qui ppe, quamlibet auro onustus, nil nisi rudere nouit.
Quin ne gratia quidem atque emolumenti hinc redit, quòd quispiam enses plumbeos argen-
teis vaginis includat: quippe qui nullam in bellis utilitatem afferant. Huiusmodi nimirum
est homo, cum externis rebus effertur, & gloriatur.

Quòd cum superioribus contendendum non sit. CAP. LXXVI.

MPIVS, qui non veretur personam honore dignam: nec his ^{Iob. 35.}
honorem habere nouit.
Ne litiges cum homine potente: ne fortè incidas in manus ^{Ecli. 8.}
illius. Ponderus super se tollet, qui fortiori se comunicat. Et ^{13.}
ditiori te ne socius, fueris. Quid communicabit cacabus ad
ollam? Quando enim se colliserint, cõfringentur. Magna- ^{4.}
to humilia caput tuum. In medio magnatorum ne te ius exæ-

D ques. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet. ^{27.}
Durum est tibi contra stimulum calcitrare. ^{Act. 9.}

*Præclare semper res se habet, cum deteriores à melioribus gubernantur. ^{Basil.}
Vtilissimum est præstantioribus subijci. ^{Philonis.}
Nemo vsque adeo insanit, ut, cum seruus sit, hero aduersetur.
Iudices noli iudicare, qui medicina opus habes. Quanquam enim alius alio sublimior ^{NaX. O-}
aut inferior est: omnes tamen magnitudine te antecedunt. ^{rat de}
^{Baptism.}*

*De iudicio & iustitia Dei: & quòd suam cuique tribuat, nec personas
accipiat. CAP. LXXVII.*

DOMINVS Deus vester, ipse est Deus Deorum, & dominus domi- ^{Deut. 10.}
nantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non ac-
cipit, nec munera. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudi- ^{32.}
cia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Arripiet iudicium ma-
nus mea: & vltionem hostibus meis retribuam.

Super aduersarios suos in cælis tonabit ipse iudicabit fines terræ. ^{1. Reg. 2.}
Num Dominus iniuriam faciet iudicans? aut qui omnia fecit, turbabit ius? ^{Iob. 5.}
Qui apprehendit sapientes in astutia eorum: & consilium prauorum dissipat.
Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Iustus Dominus, & iustitias di- ^{Pf. 9. 10.}